



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Redit Pragam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

Dominus Iesus augeat in nobis spiritum suum
 Ego licet de Polonia proficiscar, tamen illam no-
 minus, quam Germaniam nostram Romæ, & v-
 biuis Gentium fratribus commendatam esse ve-
 lim in Christo Iesu Dominino nostro. Tota ille qui
 dem deinceps vita commendatissimam habui,
 & qua re cumq; potuit, subleuauit.

Redit Pragam.

Februarij vigesimo die peruenit Pragam. Quo
 triduo ibi exacto cum fratribus, eosq; consolatus
 ac multis pro præsenti vsu Collegij constitutis re-
 bus, primo Ingolstadium, inde Augustam tene-
 dit. Aderat Cardinalis Otho Augustæ, qui san-

*adit Augusta-
num conuentum.*

Doctoris accessu triumphans, beneficioque si-
 ducens quicquid in eum benignitatis conferre
 cius alendi partes ambitiosa quadam pietate au-
 cupatus, nulla ratione præripi sibi permisit. Do-
 micilio etiam voluit ædibus suis proximo uti, i-
 agens, ut Viro Dei regendum se se totum, ac pen-
 tus traderet. Haud pares, id quod sane necesse e-
 rat, animos in eum gerebant Hæretici. Nulla non
 impudentissimè confingebant probra, per qua
 salutiferam illam in dies latius inclarescentem
 infuscarent lucem, Canisio ita ob eam rem eis nō
 infenso, ut etiam maiorem impederet caritatem.

Bene-

